



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Beneficia viventium non sunt impetranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

per concursum, prævio dicto examine, ab
examinatoribus faciendo, sunt confe-
rendæ, aliàs collationes sunt nullæ, & nul-
lum tribuunt titulum coloratum, *ut in dict.*
constit. s. nos, ad quorum, qua habent decre-
tum irritans, circa sim. ibi si secus, &c.

† Quod decretum omnia in contrari-
um golta annullat ipso jure, *cap. si eo tem-*
pore, de elect. in 6. cap. quodam, cum gloss.
de præb. eod. lib. Et cum parochialis
tunc tunc vacet, ut prius, taliter pro-
visus † caret ipso jure titulo, quem nun-
quam habuit, & dicitur intrusus, *glos. in*
verb. sed dumtaxat, in cap. nisi cum pridem,
s. propter, de renunc. & Felin. in cap. in
nostra, num. 13. vers. & in effectu, eodem
tit. & in cap. veniens, numor. 2. vers. pri-
mo si de accus. & uti vacans, ut prius, potest
jure impetrari, & hic est vnus modus
vacandi propter formam sacri con-
cilij, & dict. constituit. minimè ser-
vatum, & percipiendo fructus be-
neficij sine concursu impetrati, illos inju-
stè percipit, & tanquam intrusus non
facit illos suos, *Cassac. de caus. poss. & pro-*
pr. decis. 1. n. 2. & Graff. d. cap. 97.
n. 48.

Fructus † autem indebitè percipiens
incurrit pœnam inhabilitatis ad quæcun-
que beneficia obtinenda, *cap. cum jam*
dudum, & ibi Abb. n. 4. de præb. & dign. &
Rebuff. de dispens. cum reg. fac. nu. 6. Vn-40
de indiget rehabilitatione, † quæ non da-
tur nisi in dataria, facta de fructibus inde-
bitè perceptis compositione, qua facta
conceditur nova provisio cum dispensa-
tione † ab irregularitate, quæ fructus inde-
bitè percipiens contraxit, & absolutione ab
excommunicatione, quam quis irregularis
celebrando incurrit: & hic est stylus De-

tariæ, & Cancellariæ, de quo per Rebuff,
ubi supra, n. 67. & ante novam provisio-
neis ob indebitam fructuum perceptio-
ne, & irregularitatem contractam pote-
runt in odium irregularis beneficia, uti
vacantia impetrari.

Beneficia † viventium non sunt impe-
tranda, quia contra similes impetrantes
omnes leges divinæ & humanæ Insurgunt,
l. stipulatio, hoc modo, ff. de verb. oblig. l. fin.
C. de pact. cap. 2. de concess. præbend. & Go-
mes. de impetr. benef. Viu. quest. 1. num. 2.
Propterea quilibet Papa in principio sui
Pontificatus inter alias constituit regu-
lam, qua ordinatur, ut si quis supplicave-
rit sibi de beneficio quocunque, tanquam
per obitum alicujus tunc viventis vacante,
provideri, & postea per obitum ejus vacet,
provisio, & quævis dispositio dicto sup-
plicanti per obitum hujusmodi de novo
faciendæ nullius sint robotis, vel momenti,
adèd quòd supplicans de beneficio viven-
tis sibi provideri pœnam inhabilitatis ad
aliud post illius obitum impetrandum in-
currit ipso facto, *ut in regul. Clem. VIII.*
reg. 20. Gomef. super ead. reg. q. 3. n. 2. si quis
autem in beneficio viventis se intrudit ec-
clesiastica communione est privandus, ab
eodem beneficio repellendus, & ad illud
obtinendum in futurum inhabilis efficitur,
c. 1. de concess. præb. & Diaz pract. crim. q. 45.
Presbyterorum † filii ex fornicatione
nati, ecclesiâs cathedrales etiam metropo-
litanas, ac monasteria, quibus eorum pa-
tres præfuerunt seu illa, & illas dignita-
tes etiam majores, & principales, perso-
natus, administrationes, & officia, etiam
curata, & electiva, & alia quæcunque be-
neficia eccl. cum cura, & sine cura secula-
ria, & quorumvis ordinum regularia, quæ
pres-